

mala exinde oriri possent, quod sane contra manifestam
 Dei voluntatem fieret &c. Hisce excaussis, aliisque, quas
 partim in Epilogo allegavi, & ne commissum mihi à Deo
 talentum sepelire videar: iccirco in meo hocce Aureo se-
 culo Rediuiuo, quantum equidem à Natura & Deo mihi
 concessum est, magnum sapientum mysterium, quale à pro-
 priis meis oculis conspectum est, manus meas operi admo-
 uere, & per diuinam gratiam, justo tempore magna vir-
 tute & gloria iterum susceptum fuit, manifestare volui.
 Pietatis probitatisque amans Lector illud meum proposi-
 tum non in malam, sed bonam partem interpretabitur,
 nec in errorem sese precipitari patietur, quod interdum
 contraria simul intercurrent: per Theoriam ad Praxin
 siquidem aliter procedi non potuit, nec etiam decuit: quum
 manifestius clariusque hac de professione scribere in Re-
 publicâ chymica serio interdictum fiet: firma spe fretus,
 omneis illos, Opusculum hocce vera in fiducia, internis a-
 nimi oculis, quibus nihil omnino negatum est, inspicientes,
 manu diurna nocturnaue versuros, & simul Deum ex
 intimis cordis visceribus imploratuos, atque ita, vna me-
 cum, occultos mirabilesque fructus Philosophicos, iuxta
 diuinam voluntatem percepturos esse. Atque hac ratione
 sunt & permanent veræ aureæ crucis fratres, & electa
 membra communionis Philosophicæ in confœderatione per-
 petua.

L

Epilogi